Aplec de Treballs (Montblanc) 21 (2003): 69-79 Centre d'Estudis de la Conca de Barberà

# ALGUNES NOTÍCIES DE MONTBLANC SEGONS UN DOCUMENT NOTARIAL DE L'ANY 1375

Josep M. LLOBET i PORTELLA

La localització a l'Arxiu Històric Comarcal de Cervera d'un document notarial atorgat per un veí de Montblanc l'any 1375 ens permet oferir diversa informació referent a aquesta vila i els seus habitants. Es tracta d'un text de gairebé vint-i-quatre pàgines d'extensió, la part principal del qual donem transcrita. A continuació d'aquest document, hi ha l'inici d'un altre text que possiblement era una àpoca. La mutilació del llibre notarial que conté aquests documents ha fet que d'aquest segon text només se n'hagin conservat les primeres línies.

Segons el primer document esmentat, l'any 1374 els habitants de Montblanc es trobaven en una situació angoixosa: d'una banda, els calia reforçar el sistema defensiu de la vila amb la construcció de muralles,[1] i de l'altra, s'havien de procurar vitualles i altres coses que els eren necessàries, atès que era temps d'esterilitat i penúria.[2] En conseqüència, escriviren una carta al rei Pere III demanant autorització per poder vendre rendes de la vila

[1] Durant els anys 1356-1369 havia tingut lloc la guerra entre Pere el Cerimoniós i Pere el Cruel de Castella, la qual havia acabat amb la mort del rei castellà, però sense una pau definitiva.

[2] La segona meitat del segle XIV fou un període de pestes i males collites a causa de la sequera.

per un valor de 4.000 sous mitjançant censals morts o violaris. El rei, a través d'una lletra datada a Barcelona el dia 2 de novembre d'aquell any, els donà l'autorització demanada amb la condició que l'import percebut de les vendes no excedís de la suma de 48.000 sous.

Rebuda l'autorització del rei —cal recordar que Montblanc era vila reial—, el dia 15 de desembre d'aquell any 1374, els habitants de Montblanc nomenaren síndics, actors i procuradors seus Domènec Donat i els mercaders Pere Olivart i Ramon Marçal, tots els quals habitaven a la població, perquè portessin a terme les operacions pertinents. Aquest nomenament fou escripturat per Pere Roquet, notari de la vila.

Una d'aquestes operacions —potser la primera— s'escripturà el dia 17 de gener de 1375 dins el terme de Tarroja de Segarra. En aquella data, Domènec Donat, com a síndic, actor i procurador dels habitants de Montblanc, vengué al donzell Pere de Gàver,[3] que era senyor de Montesquiu, lloc situat dins la vegueria de Cervera, una renda anual de 200 sous pel preu de 2.400 sous. Durant l'acte de la venda, el comprador es trobava absent. Aquesta renda hauria de ser pagada, com a més tard, el dia 31 de gener de cada any, començant el 1376, dels béns que posseís la universitat de Montblanc. El rendiment anual d'aquest censal era, doncs, del 8,33 %.

## HABITANTS DE MONTBLANC

Els habitants de Montblanc esmentats en el document estudiat són els següents:

Aguiló, Pere, especier
Alanyà, Francesc
Alanyà, Joan, doctor en lleis
Alendí, Arnau
Algerri, Guillem d'
Anglesola, Francesc d'
Anglesola, Galvany d'
Anglesola, Pere d'
Arís, Gombau d'en
Avella, Arnau
Ballester, Jaume
Ballester, Joan
Bellissén, Bernat, jurisperit
Benviure, Pere de, sastre
Bergadà, Bernat
Berir, Berenguer

[3] Membres d'aquesta família els trobem com a senyors de Montesquiu durant tot el segle XV. Un d'ells, Antoni de Gàver, es casà amb una filla del donzell Pere Lluís Comelles, senyor del castell de la Manresana dels Prats, que es deia Elisabet.

Besora, Guillem
Bonmatí, Bernat, jurisperit
Bonmatí, Joan de
Bover, Arnau
Brich, Romeu
Bruchs, Arnau
Buldó, Pere, teixidor
Canut, Guillem
Cardona, Bernat
Cases, Jaume, teixidor
Caus, Francesc dels
Cerch, Francesc
Cerdà, Berenguer
Colom, Francesc
Comdals, Berenguer
Conenya, Berenguer
Coneylles, Pere, menor de dies
Conill, Pere
Contijoch, Bartomeu de
Corretger, Joan
Doeta, Nicolau
Donat, Domènec
Escrivà, Bernat
Espert, Joan
Estret, Ramon
Faure, Bernat
Fontanet, Miquel
Fuster, Tomàs
Gavaldà, Ramon
Gilabert, Guillem
Giner, Guillem, major de dies
Goda, Bernat
Gomes, Bernat
Guaich, Berenguer
Joan, Maties
Jori, Ponç
Maçana, Pere
Mallol, Arnau, jurisperit
Manresa, Bonanat
Marçal, Guillem, batlle
Marçal, Ramon, mercader
Martell, Arnau
Martí, Llorenç
Mascó, Guillem
Messeguer, Berenguer
Miquel, Berenguer
Mor, Guillem del
Mor, Jaume del
Mulner, Arnau
Mulner, Ramon
Nicolau, Pere
Ninot, Gillem
Ninot, Jaume
Oliva, Guillem
Olivart, Pere
Olivart, Pere, mercader
Oliver, Berenguer
Omiach, Bertomeu
Orts, Bertomeu dels
Palleres, Agustí
Planell, Arnau
Pocha, Guillem, menor de dies
Prats, Bertolí
Pujol, Guillem
Raydor, Pere, assaonador
Raydor, Pere, notari
Redon, Pere
Riber, Marc
Ripoll, Bartomeu
Roda, Domènec de
Romeu, Pere
Roquet, Pere, notari
Sabater, Pere
Sacoma, Francesc

Sadorní, Berenguer
Sant Joan, Arnau de, fill de Miquel de Sant Joan
Sant Joan, Jaume de
Sores, Berenguer de
Sorolla, Arnau
Tarsà, Arnau
Tarsà, Francesc
Térmens, Francesc de
Térmens, Jaume de
Térmens, Llorenç de
Torres, Jaume
Torres, Pere
Tovet, Jaume
Trulls, Pere
Vall de Lort, Pere de
Vaquer, Berenguer
Vilar, Francesc
Vilar, Pere
Vivó, Pere

## TEXT DOCUMENTAL

1375, gener, 17. Terme de Tarroja de Segarra

*Domènec Donat, de Montblanc, com a síndic, actor i procurador, junt amb Pere Olivart i Ramon Marcial, mercaders, també de Montblanc, dels habitants d'aquesta vila, ven a Pere de Gàver, donzell, senyor de Montesquiu, una renda anual de 200 sous pel preu de 2.400 sous.*

[Arxiu Històric Comarcal de Cervera, Fons Notarial, Cervera, Anònims, *Llibre*, 1375, f. 35.]

In Dei nomine. Pateat universis quod ego Dominicus Donat, vicinus et habitator ville Montis Albi, nomine meo proprio et ut sindicus, actor et procurator una et in solidum cum venerabilibus Petro Olivart et Raimundo Martialis, mercatoribus, habitatoribus dicte ville, ad infra scripta et pluria alia specialiter et legitime constitutus ab universitate dicte ville Montis Albi et singularibus eiusdem ville seu a venerabilibus consiliariis et probis hominibus dicte ville Montis Albi infra scriptis, universitatem ipsius ville iuxta privilegium regium ipsi universitati concessum facientibus et representantibus, et specialiter a Bernardo Bonmatí, Bernardo Belissén, Arnaldo Maylol, iurisperitis, Guillemo Giner, maiore dierum, Dominico de Roda, Petro Olivart, Berengario de Sores, Petro Truylls, Berengario Miquel, Petro Redon, Petro Vilar, Ffrancisco Colom, Iacobo Tovet, Bartholomeo Ripoll, Arnaldo Planell, Guillemo Ninot, Berengario Berir, Petro de Beviure, sartore, Iohanne Spert, Ffrancisco dez Caus, Berengario Vaquer, Iacobo de Térmens, Petro de Angleola, Romeo Brich, Guillemo Pocha, minore dierum,

Nicholao Doeta, Berengario Guaich, Berengario Conenya, Bernardo Scrivà, Arnaldo Avella, Augustino Payleres, Gualvany d'Angleola, Petro Aguiló, apotechario, Iacobo Balester, Petro Torres, Arnaldo Bruchs, Ffrancisco de Térmens, Petro Buldó, textore, Bertholomeo de Contiyoch, Petro Maçana, Ffrancisco Alanyà, Iohanne Alanya, legum doctore, consiliariis hoc anno dicte ville Montis Albi una cum aliis a dicta villa absentibus, et etiam a venerabilibus Bertholomeo Omiach, Iacobo Cases, textore, Bernardo Goda, Bernardo Bergadà, Iacobo Ninot, Petro Raydor, notario, Arnaldo Bover, Bernardo Faure, Arnaldo Alendí, Guillemo d'Algerre, Iohanne Correger, Berengario Sadorní, Pontio Jori, Arnaldo Soroylla, Bernardo Cardona, Michaele Fontanet, Guillemo Oliva, Iohanne de Bonmatí, Iacobo dez Mor, Guillemo Canut, Iacobo de Sent Johan, Laurentio de Térmens, Bertholino Prats, Guillemo Gilabert, magistro Petro Romeu, Petro Coneylles, minore dierum, Arnaldo de Sent Johan, filio Michalis de Sent Johan, Arnaldo Mulner, Bonanato Menresa, Petro de Vall de Lort, Gombaldo d'en Arís, Guillemo dez Mor, Iacobo Torres, Bernardo Gomes, Ffrancisco Zacoma, Petro Zabater, Laurentio Martí, Marcho Riber, Arnaldo Terçà, Berengario Cerdà, Berengario Oliver, Mathia Johan, Raymundo Guavaldà, Berengario Messeguer, Ffrancisco Çerch, Thoma Fuster, Raymundo Mulner, Petro Vivó, Ffrancisco Vilar, Petro Raydor, pellipario, Berengario Comdals, Petro Coniyll, Ffrancisco Terçà, Guillemo Puyoll, Guillemo Besora, Arnaldo Martell, Iohanne Balester, Raymundo Stret, Bertholomeo dez Orts, Guillemo Maschó, Ffrancisco d'Anglola et Petro Nicholau, omnibus habitatoribus et probis hominibus dicte ville Montis Albi, universitatem ipsius ville facientibus, ut predicitur, et representantibus, et nominibus eorum propriis ut singularibus [et] singuli eorum in solidum et pro toto, de quaquidem procuratione, sindicatu et actoria plene liquet per instrumentum publicum inde factum in villa Montis Albi et receptum per discretum Petrum Roqueti, notarium dicte ville Montis Albi, die veneris quinta decima mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo CCC° LXX° quarto, presenti et infra scripto, auctorizatumque, firmatum et corroboratum per honorabilem Guillemum Marzall, baiulum dicte ville Montis Albi pro illustrissimo domino rege Aragonum. Attendens, videns et recognoscens ego Dominicus, sindicus, actor et procurator dictam universitatem dicte ville Montis Albi et singulares eiusdem ex mandato per dictum dominum regem eis facto et propria voluntate et affectione et pro utilitate et comodo dicte ville Montis Albi ut citius poterunt expedire aut expediri facere muros et vallos que fiunt in ambitu dicte ville et etiam providere in

victualibus et aliis necessariis eiusdem ville et eius singularium, attento tempore sterilitate et penurie nunc vigente, et propterea, nominibus supra dictis, volens super hiis providere prout mihi in dicto procurationis sindicatu et actorie instrumento fuit data, concessa et atributa potestas per iam dictos meos principales, sciens quod, habita per dictos meos principales plenaria deliberatione et electo consilio ac etiam saniori ac maturo et digesto, deliberarunt nedum semel, secundo, immo tertio et pluries quod venderentur quatuor mille solidos barchinonenses ad censuale mortuum aut violarium vel inter censuale mortuum et violarium dum tamen pretia eorum quadraginta octo mille solidorum non exceda[n]t, que pretia in missionibus dictorum operum necnon et in emptione bladorum pro sucurrendo necessitati aut provisioni illarum personarum dicte ville que penuriam seu inopiam sustinent maximam et aliis necessitatibus dicte ville et singularium eiusdem convertantur. Attendens insuper illustrissimum dominum regem predictam licentiam concessisse iuratis et probis hominibus dicte ville Montis Albi vendendi censualia mortua et violaria pro predictis necessitatibus supportandi cum litera sua tenoris sequentis:

"Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, Valentie, Maioricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossillionis et Ceritanie, ut vos iurati et probi homines ville Montis Albi citius expedire aut expediri facere valantes opera murorum et vallorum que fiunt in ambitu dicte ville et etiam providere in victualibus et aliis necessariis eiusdem ville et eius singularium, tenore presenti, ad humilem suplicationem ex vestri parte inde nobis factam, concedimus vobis quod, non obstantibus quibusvis constitutionibus, prachmaticis, ordinationibus, prohibitionibus vel mandatis in contrarium per nos vel alium seu alios quoquomodo factis, possitis libere et inpune vendere illi vel illis personis et cum illis obligationibus, renuntiationibus et cautelis quibus malueritis quatuor mille solidos barchinonenses ad censuale mortuum vel violarium vel inter censule mortuum et violarium dum tamen pretia eorum quadraginta octo mille solidorum non excedant, que pretia in missionibus dictorum operum necnon in emptione bladorum pro succurendo necessitati aut provisioni illarum personarum dicte ville que penuriam seu inopiam sustinent ac etiam aliis in posterum per vos faciendis ad utilitatem et comodum ipsius universitatis convertere habeatis. Mandantes itaque universis et singulis oficialibus nostris et eorum loca tenentibus et comissariis quibuscumque quatenus huiusmodi concessionem nostram teneant firmiter et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione. Mandamus etiam quibuscumque notariis terre

nostre quod quibusvis ordinationibus in contrarium factis aut penis in eis aponitis nequadquam obsistentibus de venditione seu venditionibus predictorum instrumenta publica conficiant opportuna. Quoniam nos eisdem venditionibus seu venditionibus [*sic*] et aliis quibusvis contractibus ratione predictorum faciendis auctoritatem nostram interponimus huius serie pariter et decretum. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro sigillo munitam. Datum Barchinone IIª die novembris anno a nativitate Domini M° CCC° LXX° IIII°. Decanus urgellensis."

Igitur ego dictus sindicus, actor et procurator, nominibus supra dictis, attentis et consideratis predictis omnibus pro operibus dictorum murorum et vallium necnon pro provisione dictorum bladorum dicte universitati et eius singularibus faciendis, cum licentia, firma, auctoritate et decreto illustrissimi principis et domini nostri domini Petri, Dei gratia regis Aragonum, prout in littera preinserta patet, nomine, vigore et auctoritate dicte procurationis, sindicatus et actorie et nomine etiam dictorum consiliariorum atque proborum hominum dicte ville Montis Albi et eius singularium, nominibus eorum propriis et nomine dicte universitatis, presentium, absentium et futurorum, et ex potestate de infra scriptis mihi, ut predicitur, atributa, animo vendendi et non ficte titulo, perfecte et irrevocabilis venditionis, testimonio huius presentis publici instrumenti, gratiose et ex certa scientia, non vi nec dolo seu metu necque aliquo circumvectus, nomine meo proprio et tanquam sindicus, actor et procurator predictus, per me et dictam universitatem et singulares ipsius et heredes et successores eorumdem universales et particulares, quos ad hec et infra scripta omnia et singula teneri volo et specialter et expresse de presenti et in solidum obligo, confitens sub virtute iuramenti per me in animas mei et meorum principalium, quorum sindicus et procurator existo, inferius prestiti dictam vendendi tamen et alia supra dicta fore vera, vendo, concedo et vendendo corporaliter trado seu quasi vobis venerabili Petro de Gàver, domicello, domino loci de Muntesquiu, vicarie Cervarie Urgelli, ementi liçet absenti tanquam presenti, et notario infra scripto hec a me, quibus super nominibus, pro vobis et vestris in omnibus illis quorum interest, intererit vel interesse potest aut poterit in futurum legitime stipulanti, paciscenti et recipienti et vestris et cui sive quibus personis ecclesiasticis vel secularibus dare, vendere, dimitere, inpignorare seu alienare in totum vel in parte nunc vel in posterium voluerituis, ducentos solidos monete barchinonensis terni censuales, annuales, perpetuales et quolibet anno rendales in nuda tamen perceptione eorumdem sine omni firma, faticha, laudimio, tertio, decimo, cinquanteno et foriscapio sed cum

omni alio iure et cohertione percipiendi, eosdem per vos et vestros et quos volueritis habendos et percipiendos perpetuo ad omnes vestras et vestrorum voluntates a dicta universitate et eius singularibus et a bonis ipsorum et cuiuslibet eorumdem et hereduum et successorum suorum, presentibus et futuris, ab ultima proxima die presentis mensis ianuarii ad unum annum inde venturum et continue numerandum et completum. Et sic deinde quolibet anno in eodem termino sive die adiatis. Predictos autem ducentos solidos censuales, annuales et quolibet anno rendales vendo et concedo ego dictus sindicus, actor et procurator, nominibus quibus super, vobis dicto emptori et vestris in hiis successoribus et a vobis tamen habentibus per franchum, quitium et liberum alodium franchosque, liberos, quitios et inmunes, exemptos, remotos et exactos perpetuo et singulis annis ab omnibus et singulis questiis, talliis comunibus prestitis, fogagiis, contributionibus, tatxationibus et exactionibus quibuscumque tam regalibus quam vicinalibus et ab omnibus etiam servitiis, muneribus et servitutibus gratuitis et fortiatis operibusque vallium, murorum, pontium sive ponts et ecclesiarum inpositionibus, debitis, violariis, censualibus et aliis quibuscumque oneribus et obligationibus singularibus et generalibus dicte ville Montis Albi et eius termini, donis profertis tam domino regi quam domine regine quam etiam domino duci et domine ducisse quam etiam alteri domino et persone, ecclesiastico vel seculari, quocumque iure vel nomine v[o]catur sive nuncupetur, que dici possint vel etiam nominari, nunc vel in posterum deinde vel eorum precessoribus vel successoribus factis vel fiendis preteritisque, presentibus et futuris inpositionis et inponendis tam generaliter quem specialiter aut aliter et ab omnibus missionibus, dampnis, expensis, sumptibus, interesse, marchis, represalis, emparis, sequestris, pignoribus et guerris iustis vel iniustis, talis, combustionibus, grandine, fulgure, nebule et tempestatis quacumque et cuiuscumque sint generis vel speciey et quocumque nomine censeantur vel nuncupentur nunc vel in futurum deinde in dicta villa Montis Albi seu eius terminis seu alibi ubi etiam et non obstante quod vos dictus emptor seu vestri et a vobis tamen habentes tenueritis sive tenebitis aut tenebunt domicilium in dicta villa Montis Albi et vicini sitis sive sint eiusdem sive non. Et ab omni onere represalium etiam si locus, villa seu civitas in qua seu quibus vos dictus emptor seu vestri et a vobis tamen habentes habitatis seu habitabitis in futurum reperta esset in faticham iuris et contra eos vel ea seu eorum oficiales et subditos concessa esset aut fuerit per quemvis licentia seu marcha pignorandi. Ego autem, ante dictis nominibus et quolibet nomine in solidum, predictos ducentos solidos censuales

et perpetuales per franchum, quitium et liberum alodium, franchos, quitios, liberos et inmunes a predictis omnibus et singulis, ut superius est expressum, habendos et percipiendos per vos et vestros in hiis successores quolibet anno, ut prefertur, pono, assigno et assecuro super omnibus et singulis bonis meis, dictis nominibus, et dictorum constituentium meorum et cuiuslibet eorum in solidum et universitatis predicte et singularium eiusdem et hereduum et successorum illorum, presentium, absentium et futurorum. Et super omnibus domibus, corrallibus, hedificiis, alodiis, dominicaturis, vineis, safranis, arboribus, ortis, ortalibus, areis, foveis, absconditis et manifestis. At aliis omnibus et singulis tenedonibus et possessionibus dictorum constituentium meorum et cuiuslibet eorum et dicte universitatis et eius singularium et hereduum et successorum suorum et cuiuslibet ipsorum, cultis et incultis, heremis et plantatis ac de cetero plantandis. Et super omnibus questiis, talliis comunibus prestitis, serviciis, adempriviis, redditibus, proventibus agrariis, foriscapiis, pernis, decimis, tertiis, quartis, quintis, iovis, traginis, batutis et tiratis, erbis, herbagiis, inventionibus, venationibus, cumbis, planis, montibus, fontibus et silvis, furnis, molendinis, fructibus et meliorationibus quibuscumque, castris et censualibus, violariis, nominibus terdicis sive debitis, animalibus grosis et minutis, equis, equitaturis, armaturis, vasis vinariis et bladariis, utensilibus et aliis universis et singulis bonis et iuribus dictorum constituentium meorum et cuislibet eorum in solidum et universitatis predicte et eius singularium in solidum, in numero, pondere et mensura existentibus et iuribus, mobilibus et inmobilibus, privilegiatis et non privilegiatis, a iudice potantis sive a iure et patria, quecumque nunc sunt et erunt pro tempore et ubicumque, tam intus quam extra dictam villam Montis Albi et terminos eiusdem quam etiam alibi, dictorum constituentium meorum et cuiuslibet ipsorum et in solidum et universitatis predicte ville Montis Albi et eius termini et singularium eiusdem et hereduum et successorum suorum seu ad ipsos quomodolibet pertinentibus seu expectantibus nunc et in futurum aliqua ratione, iure vel causa. Que omnia ad dictum censuale, fructus, pensiones ac pretium eiusdem, penas, expensas, missiones et omnia alia predicta et infra scripta vobis dicto emptori et vestris in hiis successoribus et a vobis tamen habentibus in eisdem specialiter et generaliter ac omnino obligo de presenti et assigno, nominibus predictis, ad omnes vestras vestrorumque in hiis successorum voluntates prout melius, plurimus et utilius dici, scribi, cogitari et intelligi potest ac poterit deinde ad vestri, dicti emptoris, et vestrorum in hiis successorum semper comodum in utilitatem et bonum, sanum et

sincerum intellectum absque omni fraude et dolo vestri et vestroum, quibusvis retentionibus et exceptionibus iure et facti exclusis et penitus retroiectis. Hanc autem venditionem et ex tamen venditionis concessionem predictorum ducentorum solidorum censualium, annualium et rendalium sub modis et formis predictis et subscriptis facio ego dictus sindicus, nominibus predictis, per franchum, quitium et liberum alodium videlizet pretio duorum milium quadringentorum solidorum monete barchinonensis terni, quos omnes a vobis numeratione continua in pecunia meis propriis manibus numerata habuisse et recepisse confiteor ipsosque duos mille quadringentos solidos qui sunt pretium dicti censuale, virtute iuramenti per me dictis nominibus inferius prestiti, in opere murorum et vallium dicte ville necnon in emptione bladorum ad opus provisionis dicte universitatis Montis Albi et singularium eiusdem veraciter convertisse sive conversurus sum, Deo adiuvante, confiteor. Super quibus ad meam voluntatem, dictis nominibus, bene vestri paccatus sum et contentus. [...] Premissa igitur omnia et singula prefatus sindicus, actor et procurator, nominibus quibus super et quolibet nomine in solidum, per se et dictos consiliarios, probos homines et universitatem dicte ville Montis Albi predictam et singulares ipsius et heredes et successores eorumdem in solidum et pro toto, ut superius sunt notata et expressata, iuravit ad sancta Dei quatuor evvangelia coram ipso ponita et eius propria manu corporaliter tacta. Quodquidem iuramentum prestitit in animas eius et aliorum predictorum, omnibus fraude, dolo, versutia et maxinatione semotis nulloque interveniente errore sed gratis et ex certa scientia ipsius, dictis nominibus et quolibet nomine in solidum, promissit et pactus fuit mihi notario infra scripto in posse et manu mei tanquam publice et auctentice persone ab ipso, iam dictis nominibus, legitime stipulantis paciscentis et recipientis nomine dicti emptoris et suorum et predictorum dominorum regis et ducis et vicarii Barchinone et reverendi domini terrachonensis archiepiscopi et decani Montis Albi, eius nomine, et omnium aliorum oficialium et curiarum predictorum et aliorum omnium et singulorum quorum interest, intererit et interesse potest ac poterit in futurum tenere, attendere et firmiter ac inviolabiliter observare ad comodum et utilitatem dicti emptoris et suorum, sine omni fraude et dolo, sub obligatione et ypotecha omnium et singulorum bonorum et iurium eiusdem et dictorum eius principalium et dicte universitatis et eius singularium et hereduum et successorum suorum in solidum, mobilium et i[n]mobilium, habitorum et habendorum, presentium, absentium et futurorum. Et de predictis omnibus et singulis iam dictus sindicus, actor et

procurator, nominibus quibus super, rogavat voluit et petiit fieri et tradi dicto emptori et suis unum vel plura et tot quot voluerint simul vel unum post aliud publicum seu publica instrumenta per me notarium subscriptum. Quod fuit actum laudatum, firmatum et iuratum per sindicum super dictum, nominibus predictis, in termino de Terroya, vicarie Cervarie, septima decima die ianuarii anno a nativitate Domini M° CCC° LXX° quinto. Sig+num Dominici Donat, sindici, actoris et procuratoris predicti, qui hec, nominibus quibus super, firmo, iuro, concedo et laudo.

Testes huius rei sunt Iohannes de Rochafort, blanquerius, et Arnaldus Fuyla, textor, Cervarie.